donet gerēdi gratiā. Mētē gubernet ⁊ regat/ caſto fide li corpore: fides calore feruēat/ fraudis venena neſciat. Chriſtuſq̄ nob sit cib⁹/ potuſq̄ noſter ſit fides: leti bibamus ſobriā/ ebrietatē ſpiritus. Let⁹ dies hic trāſeat/ pudor ſit vt diluculū: fides velut meridies/ crepuſculū mens neſciat. Aurora curſus puehat/ aurora totus prodeat: in patre totus filius/ et totus in verbo pater. Deo patri ſit gloria eiuſq̄ ſoli filio: cū ſpū paraclyto et nūc et imperpetuum. Amē. ¶ Ad primā hy⁹

Iam lucis orto ſydere/ deum p̄camur ſupplices: vt ī diurnis actibus nos ſuet a nocentib⁹. Linguā refrenās tēperet/ ne litis horror īſonet: viſū fouēdo ꝯtegat/ ne vanitates hauriat. Sint pura cordis intima/ abſiſtat ⁊ vecordia: carnis terat ſupbiā/ potus cibi q̄ parcitas. Ut cū dies abſceſſerit/ nocteq̄ ſors reduxerit: mūdi per abſtinentiā/ ipſi canamus gloriā. Deo patri. vt s. ¶ Ad iij. hymn⁹

Nunc ſancte nob ſpiritus/ vnum patri cū filio: dignare ꝓpt⁹ ingeri/ noſtro refuſus pectori. Os ligua mēs ſenſus vigor/ cōfeſſionē perſonet: flāmeſcat igne charitas/ accendat ardor ꝓximos. Preſta pr̄ piiſſime/ patriq̄ cōparvnice: cum ſpū paraclyto/ regnās p oē ſcl'm. Amen. ¶ Ad vj. hy⁹.

Rector potēs verax de⁹/ q̄ tēperas rerum vices: ſplēdore mane inſtruis/ ⁊ ignibus meridiē. Extingue flāmas litiū/ aufer calorē noxiū: cōfer ſalutē corporū/ veraq̄ pacē cordiū. Preſta pater piiſſime. ¶ Ad nonam. Hymnus.

Rerū de⁹ tenax vigor/ immotus in te pmanēs: lucis diurne tempora/ ſucceſſibus determinans. Largire claruz veſpe/ quo vita nuſq̄ decidat: ſed p̄miū mortis ſacre/ pennis inſtet gloria. Preſta pat̄ piiſſime. ¶ Ad vē. Hymnus.

Deus creator oīz/ poliq̄ rector veſtiēs: diē decoro lumine/ noctē ſoporis gratia. Artus ſolutos vt qēs/ reddat laboris vſui: menteſq̄ feſſas alleuet/ luctuſq̄ ſoluat anxios. Grates pacto iā die/ ⁊ noctis exortu p̄ces: voti reos vt adiuues/ hymnū canentes ſolui

mus. Te cordis yma cōci-
nant/ te vox canora concre-
pet: te diligat caſt⁹ amor/
te mens adoret ſobria. Ut
cū pfūda clauſerit/ diē cali
go noctium: fides tenebras
neſciat/ et nox fide reluceat
Dormire mentez ne ſinas/
dormire culpa nouerit: ca-
ſtos fides refrigeret/ ſomni
vaporē tēperet. Exuta ſen
ſu lubrico/ te cordis alta ſō
nient/ ne hoſtis inuidi dolo
pauor qetos ſuſcitet. Chri
ſtū rogemus ꝛ patrē/ chriſti
patriſqꝫ ſpiritū: vnū potēs
per oīa/ foue precantes tri
nitas. Amē. ¶ Ad cpl. hy⁹

TE lucis añ tminū/ re
rū creator poſcim⁹:
vt ſolita clementia/ ſis pſul
ad cuſtodiā. Procul rece-
dāt ſōnia/ ꝛ noctiū fātaſma
ta: hoſtēqꝫ nr̄m cōprime/ ne
polluant corpa. Pr̄a pater
ops/ per ieſū xp̄z dn̄m: q̄ te-
cū imppetuū/ regnat cū ſā-
cto ſpū. Amē. ¶ In aduētu
dn̄i ad veſperas. Hymnus.

COnditor alme ſi-
derū/ etna lux cre
dentiū: xp̄e redem
ptor oīm/ exaudi
pces ſupplicum. Qui cdo-
lēs iteritu/ mortis pire ſclz:
ſaluaſti mūdū lāguidū do-
nās reis remediū. Uergen
te mūdi veſpe/ vti ſpōſus de
thalamo: egreſſus honeſtiſ
ſima/ vgīs matris clauſula
Cuius forti potētie/ genu
curuat oīz: celeſtia treſtria/
fatent nutu ſubdita. Te de
precamur agye/ vēture iu-
dex ſcli: cſerua nos in tpe/
hoſtis a telo perfidi. Laus
honor vt⁹ glīa/ deo pr̄i ꝛ fi-
lio: ſctō ſimul paclyto/ i ſem
pitna ſcla. Am̄. ¶ Ad noc. hy⁹.

UErbū ſupnū p-
diēs/ a pr̄e oli exiēs:
qui nat⁹ orbi ſubuenis/ cur
ſu decliui tēporis. Illumi-
na nūc pectora/ tuoqꝫ amo-
re concrema: audita vt pre-
conia/ ſint pulſa tandē lubri
ca. Iudexqꝫ cū poſt aderis/
rimari facta pectoris: red-
dens vicem pro abditis/ iu-
ſtiſqꝫ regnū pro bonis. Nō
demum arcemur malis/ pro
qualitate criminis: ſed cum
beatꝫ compotes ſimus per-
ennes celibes. Gloria tibi
tnitas/ equalis vna deitas:
et ante omne ſeculū/ ꝛ nunc
et imperpetuum Amen.
¶ Ad laudes. Hymnus.

UOx clara ecce itonat
obſcura queqꝫ incre-
pat: pellantur procul ſōnia
ab ethere chriſtus pmicat.

Mēs iā reſurgat toꝛpida/
que ſoꝛde extat ſaucia: ſidꝰ
refulget iam nouum/ vt tol=
lat omne noxium. E ſurſum
agnus mittitur/ laxare gra
tis debitū: omnes pro īdul=
gentia/ vocē demus cum la
chꝛymis. Secundo vt cū ful
ſerit/ mundūqꝫ hoꝛroꝛ cinxe
rit: nō pro reatu puniat/ ſed
pius nos tūc ꝓtegat. Laus
honoꝛ virtus gloꝛia/ deo pa.

¶ In natiuitate dñi. ad vſ.

A Solis ortꝰ (Hymnꝰ
cardīe/ ad vſqꝫ t're li=
mitē: chꝛiſtū canamus pꝛin
cipē/ natum maria virgine.
Beatus auctoꝛ ſeculi/ ſerui=
le coꝛpꝰ induit/ vt carne car
nē liberans/ nō ꝑderet quos
condidit. Clauſa parentis
viſcera/ celeſtis intrat grā:
venter puelle baiulat/ ſecre
ta que non nouerat. Domꝰ
pudici pectoꝛis/ templū re
pente fit dei: ītacta neſciēs
virū/ verbo concepit filiuʒ:
Enixa eſt puerpera/ quē ga
bꝛiel pꝛedixerat: queʒ mr̄is
aluo geſtiens/ clauſꝰ iohan=
nes ſenſerat. Feno iacere
pertulit/ pꝛeſepe nō abhoꝛ=
ruit: paruoqꝫ lacte paſtꝰ ē/
per quem nec ales eſurit.
Gaudet choꝛꝰ celeſtium/ et
angeli canūt deo: palāqꝫ fit
paſtoꝛibus/ paſtoꝛ creatoꝛ
omniū. Summo parēti glo
ria natoqꝫ laus ꝙ maxima:
cū ſancto ſit ſpiramine/ nūc
et per omne ſeculū. Amen.

¶ Ad nocturnū. Hymnus.

Venit redemptoꝛ om
nium/ oſtēdens ꝑtuʒ
virginis: miretur omne ſe=
culū talis decet partꝰ deū.
Nō ex virili ſemīe/ ſed my=
ſtico ſpiramine: verbuʒ dei
factū eſt caro/ fructuſqꝫ ven
tris floꝛuit. Aluꝰ tumeſcit
virginis/ clauſtruʒ pudoꝛis
permanet: vexilla virtutuʒ
micāt/ verſatur in tēplo de=
us. Procedēs de thalamo
ſuo/ pudoꝛis aula regia: ge
mine gigas ſubſtantie/ ala=
cris vt currat viam. Gloꝛia
tibi domīe/ qui natus es de
virgine: cuʒ patre et ſancto
ſpiritu/ in ſempiterna ſecu=
la. Amē.

¶ Ad laudes. hyꝰ

Egreſſus eiꝰ a patre/
regreſſus eiꝰ ad pa=
trem: excurſus vſqꝫ ad infe
ros/ recurſus ad ſedem dei
Equalis eterno patri/ car=
nis ſtropheo accigere: infir
ma noſtri coꝛpoꝛis/ virtute
firmans perpeti. Pꝛeſepe
iam fulget tuū/ lumēqꝫ nox
ſpirat nouū: quod nulla nox
interpollet/ fideqꝫ iugi luceat

Gloria tibi dn̄e/ qui natus
es de ꝟgine:cū patre ⁊ ſan=
cto ſpiritu/in ſempiterna ſe
cula. Am̄. ¶ In epyphania
dn̄i. ad veſperas. Hymnus
HOſtis herodes īpie/
chriſtū venire quid ti
mes: non arripit mortalia/
q̇ regna dat celeſtia. Ibant
magi quā viderant/ſtellā ſe
quentes preuiā:lumē requi
runt lumine/deū fatent̄ mu
nere. Lauacra puri gurgi=
tis/celeſtꝫ agnꝰ attigit:pec=
cata que nō detulit nos ab=
luēdo ſuſtulit. Nouū genꝰ
potētie/aq̄ rubeſcūt hydrie
vinūqꝫ iuſſa fundere/muta=
uit vnda originē. Sūmo pa
rēti gloria. vt ſ. ¶ Ad noct.
hymnus. Venit redēptor.
Ad laudes hymnꝰ. Egreſ=
ſus. vt ſ. ¶ In .xl. hebdoma
da .i. et .ij. Ad veſperas. hyꝰ.
EX more docti myſti=
co/ ſuemus hoc ieiu
niū/deno dierū circulo du=
cto/quater nouiſſimo. Lex
et ꝓphete primitꝰ hoc pretu
lerunt poſtmodū:chriſtꝰ ſa=
crauit omnium rex atqꝫ fa=
ctor temporū. Vtamur er=
go parcius/ꝟbis cibis ⁊ po
tibꝰ: ſomno iocis ⁊ artius ꝑ
ſtemus ī cuſtodia. Vitemꝰ
autē peſſima/que ſubruunt
mētes vagas: nullūqꝫ demꝰ
callido hoſti locū tirānidis
Dicamꝰ omnes cernui cla
memꝰ atqꝫ ſinguli: ploremꝰ
ante iudicem/flectamꝰ iram
vindicē. Noſtris malis of=
fendimus/ tuā deus clemē
tiā: effunde nobis deſuꝑ/re
miſſor indulgentiā. Memē
to quod ſumus tui/licet ca=
duci plaſmatis: ne des ho=
norē nominis/ tui ꝑcamur
alteri. Laxa malū qḋ geſ=
ſimus/auge bonū quod po
ſcimus:placere quo tandē
tibi/poſſimus hic ⁊ perpetē
Preſta beata trinitas/con
cede ſimplex vnitas: vt fru=
ctuoſa ſint tuis/ieiuniorum
mūera. Am̄. ¶ Ad noc. hyꝰ.
CLarū decus ieiunij/
monſtrat orbi celitꝰ/
quod chriſtus auctor omni
um/cibis dicauit abſtinens
Hoc moyſes charꝰ deo/le
giſqꝫ lator factꝰ eſt: hoc he=
lyā per aera/ curru leuauit
igneo. Hic daniel myſteriū/
victor leonum viderat:per
hoc amicus intimus/ſponſi
iohannes claruit. Hec nos
ſequi dona deꝰ/ exēpla par
ſimonie:tu robur auge mē=
tium/dās ſpiritale gaudiū.
Preſta pater per filiū/pre=
ſta per almum ſpiritum: cū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

his per euū triplici vnꝰ deꝰ
cognomīe. Amen. ¶ Ad l. (hyꝰ.
Audi benigne
conditor/ nr̄as p̄ces
cū fletibus: in hoc ſacro ie-
iunio/ fuſas quadragenario
Scrutator alme cordiū/ in
firma tu ſcis viriū: ad te re
uerſis exhibe/ remiſſionis
gr̄am. Multū quidē pecca-
uimꝰ/ penaſqꝫ ꝯparauimꝰ:
ſed cūcta q̇ ſolus potes/ cō
fer medelā languidis. Sic
corpus extra conteri/ dona
per abſtinentiam: ieiunet vt
mens ſobria/ a labe prorſus
criminum. Preſta btā trini
tas. vt ſupra. ¶ Hebdoma
de. iij. et. iiij. in. xl. Hymnus
Ieſu quadragenarie/
dicator abſtinentie: q̇
ob ſalutē mētiū/ hoc ſanxe-
ras ieiuniū. Quo paradiſo
redderes/ ſ͛uata ꝑſimonia:
q̊s inde caſtrimargie/ hucil
lecebra depulit. Adeſto
nūc eccleſie/ adeſto peniten
tie: qua pro ſuis exceſſibus/
orat profuſis fletibus. Tu
retroacta crimina/ tua remit
te gratia: et a futuris adhi-
be/ cuſtodiaꝫ mitiſſime. Vt
expiati annuis/ ieiuniorum
victimis: tēdamꝰ ad paſcha
lia digne colenda gaudia.
Preſta pater. vtš. Ad noc.

et lau. hyꝰ. vtš. ¶ In paſſio
ne domini adver. Hymnus
Vexilla regis p̄deūt/
fulget crucis myſte-
riū: q̊ carne carnis cōditor/
ſuſpēſus ē patibulo. Quo
vulneratus inſup/ mucrone
dire lancee: vt nos lauaret
crimine/ manauit vnda ſan-
guine. Impleta ſunt q̄ ꝯci
nit/ dauid fidelis carmīe: di
cens in nationibꝰ/ regnauit
a ligno deus. Arbor deco-
ra et fulgida/ ornata regis
purpura: electa digno ſtipi-
te/ tam ſancta membra tan-
gere. Btā cuiꝰ brachijs/ ſe-
cli pepēdit p̄ciū: ſtatera fa-
cta eſt corporis/ p̄dāqꝫ tulit
tartaris. O crux aue ſpes
vnica/ hoc paſſionis tp̄e: au-
ge pijs iuſtitiā/ reiſqꝫ dona
veniā. Te ſumma deꝰ trini-
tas/ collaudet oīs ſp̄s: q̊s
ꝑ crucis myſteriū/ ſaluas re
ge ꝑ ſcl'a. Amē. ¶ Ad noc.
Auctor ſalutis (hyꝰ.
vnice/ mūdi redēptor
inclyte: tu xp̄e nobꝫ annue/
crucis fecunde gl'iam. Tu
ſputa colaphos vincla/ ⁊ di
ra paſſus verbera: crucē vo-
lens aſcēderas/ noſtre ſalu
tis gratia Hinc morte mor
tē diruēs/ vitāqꝫ vita largi-
ens: mortis miniſtrū ſubdo

lū deuiceras diabolū. Nūc
ī parēt̃ dextera ſacrata ful
ges victima: audi p̄camur
viuido tuo redēptos ſangui
ne. Te ſum. vtš. Ad l.hy⁹.

REx xp̄e factoꝛ oīm re
dēptoꝛ⁊ credētiū: pla
care votꝭ ſupplicū/te laudi
bus colētiū. Qui⁹ benigna
gr̄a/crucis ꝑ alma vulnera:
ꝟtute ſoluit ardua/ꝓmi pa=
rēt̃ vincl'a. Qui es creatoꝛ
ſiderꝝ/tegmē ſubiſti carneū:
dignat⁹ hanc viliſſimā/pati
doloꝛis formulā. Ligatus
es vt ſolueres/ mūdi ruētis
cōplices: ꝑ ꝓbꝛa tgēs crimi
na/q̄ mund⁹ auxit plurima.
Cruci redēptoꝛ figeris/trā
ſʒ oēm ꝯcut̃: tradis potētē
ſpm̄ nigreſcit atq̧ ſcl'ʒ. Mox
ī ptne gl'ie/victoꝛ reſplēdēs
culmīe: cū ſp̄s munimīe/ de
fende nos rex optime Amē

¶ De apl'is ⁊ euā. ad vtraſ
q̧ veſpas et laud. Hymn⁹.

Exultet celū laudi
bus/reſultet terra
gaudijs: apl'oꝛum
gl'ia/ſacra canunt
ſolēnia. Vos ſecli iuſti iudi
ces/⁊ vera mūdi lumia: vot̃
p̄camur cordiū/audite p̄ceſ
ſupplicū. Qui celum verbo
claudit̃/ſeraſq̧ ei⁹ ſoluitis:
nos a pctīs oīb⁹/ ſoluite iuſ=
ſu q̄s. Quoꝝ p̄cepto ſubdi
tur/ſal⁹ ⁊ lāguoꝛ oīm: ſana=
te egros moꝛib⁹/nos reddē
tes ꝟtutib⁹. Ut cū iudex ad
uenerit/xp̄s in fine ſcl'i: nos
ſe mpit'ni gaudij/faciat eſſe
compotes. Deo pr̄i ſit gl'ia/
eiuſq̧ ſoli filio: cū ſpū para
clito/⁊ nūc ⁊ ī ꝑpetuū. Amē

¶ Ad nocturnū. Hymnus.

ETerna xp̄i mūera/a=
poſtoloꝝ gloꝛiā: lau=
des ferētes debitas/letꝭ ca
nam⁹ mētib⁹. Eccl'iaꝝ pꝛin
cipes / belli triūphales du
ces celeſtis aule milites/et
vera mūdi lumia. Terroꝛe
victo ſcl'i/penitſq̧ ſpꝛet̃ coꝛ
poꝛis: moꝛt̃ ſacre ꝯpendio/
vitā beatā poſſidēt. Deuo=
ta ſctōꝛū fides/inuicta ſpes
credentiū: ꝑfecta xp̄i chari=
tas/mūdi triūphat pꝛīcipē
In his patn̄a gl'ia/ī his vo
lūtas ſpūs: exultet in his fi=
li⁹/celū replet̃ gaudio. Te
nūc redēptoꝛ q̄s/vt ipoꝝ cō
ſoꝛtio: iūgas p̄cātes ſeruu=
los/ī ſempiterna ſcl'a. Amē

¶ De martyꝛi. ad. j. vš. hy⁹

SAnctoꝝ meritꝭ iclyta
gaudia/ pangam⁹ ſo=
cij geſtaq̧ foꝛtia: nā gliſcit
anim⁹ ꝓmere cātib⁹/ victoꝝ
gen⁹ optimū. Hi ſunt quos
retinēs / mūd⁹ ihoꝛruit ipm̄
nā ſterili floꝛe ꝑ aridū: ſpꝛe
uere penit⁹ teq̧ ſecuti ſunt/

rex xp̄e bone celit⁹. Hi ꝑ te
furias atq ferocia/ calcart
hoīz ſeuaq verbera: ceſſit his
lacerās fortiter vngula/ nec
carpſit penetralia. Cedūt
gladijs more bidētium/ non
murmur reſonat nō q̄rimo=
nia: ſz corde tacito mens bn̄
ↄſcia ↄſeruat patiētiā Que
vox q̄ poterit ligua retexe=
re q̄ tu martyrib⁹ mūera p̄=
paras: rubri nā fluido ſāgui
ne laureis/ ditant bn̄ fulgi=
dis. Te ſūma deitas vnaq
poſcim⁹/ vt culpas abluas
noxia ſubtrahas: des pacez
famlis nos q̄q glīā/ ꝑ cūcta
tibi ſcl'a am̄. ¶ Ad noc. hy⁹.

Eterna xp̄i munera/ ⁊
martyꝝ victorias: lau
des ferētes debitas/ let caz
nam⁹ mētibus. Terrore vi=
cto ſcl'i/ penisq ſpret corpis
mort ſacre ↄpēdio vitā btāz
poſſidēt. Tradunt igni mar
tyres/ ⁊ beſtiaꝝ dētibus: ar=
mata ſeuit vngulis/ tortor
inſani man⁹. Nudata pēdēt
viſcera/ ſāguis ſacrat⁹ fūdit
ſz ꝑmanēt imobiles/ vite pē
nis grā. In his pr̄na glīa/
in his volūtas ſp̄s: exultat i
his fili⁹/ celū replet gaudio
Te nūc redēptor q̄s/ vt mar
tyꝝ ↄſortio: iungas p̄cātes
ſuulos/ i ſēpit'na ſcl'a. Am̄.
¶ Ad lau. et ſcd'as veſ. hy⁹

Rex glīoſe martyꝝ/ co
rōa ↄfitētiū: q̄ reſpuē
tes terrena/ ꝑducs ad celeſtia.
Aurē bēignā ꝑtin⁹/ ap pōe
nr̄is vocibus: trophea ſacra
pāgim⁹/ ignoſce q̄d d̄liq̄m⁹
Tu vic i martyrib⁹/ ꝑcēdo
ↄfeſſorib⁹: tu vice nr̄a crimi
na/ donādo idulgētiā P̄ ſa
pr̄ pi. ⁊c. ¶ De vno mar. ad
vtraſq veſ. ⁊ lau. hy⁹

Deus tuoꝝ militū/ ſors
⁊ corona p̄miū: laudes canē
tes martyris abſolue nexu
cris. Hic nēpe mūdi gaudia
⁊ bladimēta noxia: caduca ri
te deputās/ ꝑueit ad celeſtia
Penas cucurrit fortit/ ⁊ ſuſ
tulit virilit: ꝑ te effūdēs ſā=
guinē/ etna dōa poſſidz Ob
hoc p̄catu ſupplici te poſci=
m⁹ piſſie: i h⁹ triūpho mar=
tyr/ dimitte noxā ſeruulis.
Laus ⁊ pēnis glīa/ deo pr̄i
⁊ filio: ſctō ſil' ꝑaclito i ſēpit
na ſcl'a. ā. Ad no. hy⁹

Martyr di q̄ vnicū/ pr̄is
ſeq̄ndo filiū: vict triūphas
hoſtib⁹/ victor fruēs celeſti=
b⁹. Tui p̄cat⁹ mūere/ nr̄z rea
tū dilue: arcēs mali ↄtagiū/
vite remouēs tediū. Soluta
ſūt iā vicl'a tui ſacti corpis:
nos ſolue viclis ſcl'i amore fi
lij dei. Deo pr̄i. ⁊c. De ↄfeſ.
ad. j. veſ. hy⁹

Iſte cō
feſſor dn̄i ſacrat⁹/ ſe=

ſta plebs cuiꝰ celebrat ꝑ orbē: hodie letꝰ meruit ſecreta ſcādē celi. Qui piꝰ prudēs hūilꝭ pudicꝰ/ ſobriꝰ caſtꝰ fuit ꝛ qetꝰ: vita dū pñs vegetauit eiꝰ/ corpis artꝰ. Ad ſacra cuiuſtumulū freqnt/ mēbra lāguētū mō ſanitati: q̄lꝫ morbo fuerit ḡuata/ reſtituūtur. Vñ nūc nr̄ chorꝰ in honore/ ipiꝰ hymnū canit hūc libent: vt pijs eiꝰ meritꝫ iuuemr/ oē ꝑ euū. Sit ſalꝰ illi decꝰ atqꝫ vtꝰ/ q̄ ſupra celi rſidēs cacumē: totiꝰ mūdi machinā gubernat/ trinꝰ ꝛ vnꝰ Amē. Ad noc. Cōfeſſor dei. ꝛc. vtš de vno mr. ¶ Ad l. ꝛ ij. veſ. hyꝰ

Hic eſt verꝰ xp̄icola apl̄orū aſſecla: cuiꝰ mr̄ eccleſia facꝰ pmit ſolēnia. Quis ille felix gaudia/ ouās ꝯſcēdit ardua: celigenaꝝ epl̄is/ fruiturꝰ pēnibꝰ. Huiꝰ o xp̄e meritꝫ mr̄is adeſto pcibꝰ/ q̄ laudū debita/ deferamꝰ obſeqa. Tibi pr̄iqꝫ glia/ cū ſcō ſit ſpiramine: ī ſūma celi curia/ nūc ꝛ ꝑ cūcta ſcl̄a. Amē

¶ De vgini. ad vtraſqꝫ veſ. ꝛ l. hyꝰ

Ieſu corōa vgi/ nū/ quē mr̄ illa concepit: q̄ ſola vgo pturit/ hec vota clemēs accipe. Qui paſcis īter lilia/ ſeptꝰ choreis vginū: ſpōſas decorās glia ſpōſiſqꝫ reddēs pmia. Quocūqꝫ pgꝫ vgies/ ſequūt atqꝫ laudibꝰ: poſt te canētes curſitāt/ hymnoſqꝫ dulces pſonant. Te depcamur largiꝰ/ nr̄is adauge mētibꝰ/ neſcire pꝛſus oīa corruptōis vulnera. D ſa pr̄ pi. ꝛc. ¶ Ad no. De vgīe mar. ex itegro. hyꝰ

Virgis ples opifexqꝫ mr̄is/ vgo quē geſſit pepitqꝫ vgo: vginis feſtum canīmꝰ tropheū/ accipe votū. Hec tua virgo duplici btā/ ſorte dū geſſit fragilez domare: corporis ſexum domuit cruētum/ corpe ſeclū. Unde nec mortē nec amica mortis/ ſeua penaꝝ gña pauesçēs: ſanguine fuſo meruit ſecreta/ ſcandere celi. Huiꝰ obtentu deꝰ alme noſtris parce iam culpis vitia remittēs: q̄ tibi puri reſonemꝰ aluū pectoris hymnum. Gloria patri geniteqꝫ pli/ et tibi cōpar vtriuſqꝫ ſemp ſpūs alme deus vnus/ omī tpe ſecli Amen. Ad noc. de vgine non mar. hyꝰ. Huius obtē. Glia pr̄i geniteqꝫ. ꝛc.

¶ De ſctā no vgie ad vtraſqꝫ veſ. ꝛ lau. Huiꝰ o xp̄e me. Tibi pr̄iqꝫ gloria. Ad noctur. Huius obten. Gloria patri ge. ¶ In dedicatione eccleſie ad pumas veſperas ex integro. Hymnus.

Vrbs btā hirl'z/ dicta
pacis viſio: q̄ ꝯſtruit
ī celis viuis ex lapidibꝰ: et
āgelis coornata/ vt ſpōſata
comite. Noua veniēs e ce-
lo nuptiali thalamo: p̄para
ta vt ſpōſata copulata dño/
platee ⁊ muri eius ex auro
puriſſimo. Porte nitēt mar
garitis/ aditꝫ patētibꝰ: ⁊ vir
tute meritoꝝ illuc introdu-
cit/ oīs q̀ ob xp̄i nomē hic in
mūdo p̄mit. Tonſiōibꝰ p̄ſ-
ſuris/ expoliti lapides: ſuis
coaptant locis/ ꝑ manū arti
ficis: diſponunt ꝑmāſuri/ ſa
cris edificijs. ¶ Ad noc. hꝰ
Angulare fundamētū
lapis xp̄s miſſus eſt:
qui cōpage parietū ī vtroqꝫ
nectit quē ſiō/ ſctā ſuſcepit ī
quo credēs ꝑmanet. Oīs il-
la deo ſacra/ et dilecta ciui-
tas: plena modulis ī laude/
⁊ canore iubilo: trinū deum
vnicumqꝫ cū fauore p̄dicat
Glia ⁊ honor. vt īfra ¶ Ad
laudes ⁊ ſcdas veſ. Hymnꝰ
Hoc ī tēplo ſūme deꝰ/
exoratꝰ adueni: ⁊ cle
mēti bonitate p̄cū vota ſuſ-
cipe: largā bn̄dictionē/ hic ī
funde iugit. Hic ꝓmereant
oēs petita accipe: ⁊ adepta
poſſidere cū ſctis ꝑenniter: pa
radiſū ītroire trāſlati ī reqē.
Glia ⁊ honor deo vſqꝫq̊ al-
tiſſio: vna pr̄i filioqꝫ inclyto
paclito: cui laus ē ⁊ ptās/ ꝑ
etna ſcl'a Amē. ¶ De ſcō ſte
phano. Ad lau. et veſ. Hyꝰ.
Sancte dei p̄cioſe/
protomartyr ſte-
phane: qui virtute
charitatꝫ circūful
tꝰ vndiqꝫ: dn̄m ꝓ īimico exo
raſti pplo. Fūde p̄ces ꝓ de
uoto/ tibi nunc collegio: vt
tuo ꝓpitiatꝰ īteruētu dn̄s:
nos purgatos a pctō iūgat
celi ciuibꝰ. Glia ⁊ hon. vts
Ad noc. Martyr dei. ¶ De
ſctō iohē. Ad l. ⁊ veſ. Hyꝰ.
Solēnis dies aduenit/
q̄ vgo celū petijt: euā
geliſta maximꝰ iohēs ⁊ apl's
Hinc vota laudis ſoluere/ ⁊
hymnū geſtit ꝓmere: catua
nr̄i ordinis/ honore tāti celi
bis. Quē ſacro ſuꝑ pectore
tuo facꝫ recūbere: vltima ī
cēa dñe/ quā patereris pri-
die. Qui matrē tali federe/
mortis cōiūgis tpe: vt noue
rint ſe colere/ mr̄is ac ꝓlis
noie. Qui carne ſolo poſitꝰ/
mēte polo ꝯtiguꝰ: vbū iedi
cibile/ cordis ꝯſpexit lūine.
Huiꝰ p̄ce aſſidua/ vt nr̄a ſol
uas crimia: e celo dones p̄-
mia/ voce p̄camur cernua.
Surſuz erectꝫ cordibꝰ vſis
in trāvultibꝰ: ī trinitatꝫ noie
te adoramꝰ kyrie Amē. Ad

noc. Exultet celū.ꝛc. ❡ De inocētib⁹. Ad lau. ꝛ ad vſ̄. hy⁹. Q uevox q̄po. Te ſū ma. ꝛc. Ad noc. hy⁹. Etna xp̄i mu. In his pr̄. Te nūc re. ꝛc ❡ Cōuerſiōis pauli ad vtraſq̧ vſ̄ ꝛ l. hy⁹. D o=ctoꝛ egre. S it tri. Ad nocł. E xultet celū laudi. ❡ Puri=ficatiōis marie ad vtraſq̧ veſpe. et laud. Hymnus.

Q Uod choꝛus vatū ve nerād⁹/olim ſpū ſctō cecinit repletus: i dei factū genitrice cōſtat eſſe maria. H ec deū celi dn̄mq̧ terre ꝟgo ꝯcepit peperitq̧ ꝟgo: atq̧ poſt partū meruit ma=nere iuiolata. Q uē ſenex iu ſt⁹ ſymeō in vlnas i domo ſū pſit dn̄i gauiſ⁹: ob qđ opta tū ꝓpꝛio videret/ luīne xp̄z. T u libēs votꝭ petim⁹ p̄ca=tū regis etni gēitrix faueto: clara q̄ celſi renitēs olīpi/ regna petiſti. S it deo nr̄o de c⁹ ꝛ ptās ſit ſal⁹ ꝑpes ſit ho noꝛ ꝑennis: q̄ poli ſūma re=ſidet i arce trin⁹ ꝛ vn⁹. Amē.

A Jt ( Ad noc. hymn⁹. porta xp̄i ꝑuia / refer ta plēa gr̄a: trāſitq̧ rex ꝛ ꝑ māet/ clauſa vt fuit per ſcl'a G en⁹ ſupni luīs/ ꝓceſſit au la ꝟgīs: ſpōſ⁹ redēptoꝛ ꝯdi=toꝛ/ ſue gigas eccl'e H onoꝛ mr̄is ꝛ gaudiū/ imēſa ſpes credētiū: ꝑ atra moꝛtꝭ pocu la/ reſoluit nr̄a crimīa. D eo pr̄i. ꝛc. ❡ In cathedra ſcti petri ad vtraſq̧ veſ. ꝛ l. hy⁹. I ā bōe pa. S it tri. Ad no. Exl'tet ce. ❡ Bn̄dicti abba tis ad vtraſq̧ veſ. ꝛ lau. hy⁹

I Eſu coꝛona celſioꝛ/ ꝛ ꝟitas ſublimioꝛ: q̊ ꝯfi tēti ſeruulo/ reddꝭ ꝑēne p̄miū D a ſupplicāti cetui/ obten tu hui⁹ optimi: remiſſionem criminū/ rūpēdo nexū vicli. A nni recurſo tp̄e/ dies relu xit luīne: q̊ ſctūs hic de coꝛ poꝛe/ polū migrauit p̄potēs H ic vana tra gaudia/ et lu=culēta p̄dia: polluta cūcta deputās/ ouans tenet cele=ſtia. T e nūc re. Ad noc. hy⁹

T E xp̄e rex piiſſie/ hic ꝯfitendo iugit: calca uit hoſtē foꝛtit/ ſupbū ac ſa=tellitē. V irtutū actu ꝛ fide/ ꝯfeſſiōis oꝛdie: ieiuna mem bꝛa deferēs/ dapes ſupnas obtinet. P l⁹ currit i certamī ne/ confeſſoꝛ iſte ſuſtinēs: q̄ martyꝛ ictū ſufferēs/ mucro ne fūdēs ſāguinē P roinde te piiſſie p̄camur oēs ſuppli ces: vt hui⁹ almi gr̄a/ nobis remittas debita. T e nūc re dēptoꝛ q̄s/ vt ipi⁹ ꝯſoꝛtio: iū gas p̄cātes ſeruulos i ſēpitna ſcl'a. Am̄. ❡ Annūciatiōis dn̄ice ad vtraſq̧ vſ̄ ꝛ lau. hy⁹.

AUe marꝫ ſtella/ dei mr̄
alma: atq; ſp v̄go / fe
lix celi porta. Sumēs illud
aue/ gabriel ore: fūda nos ī
pace/ mutās nomē eue. Sol
ue vīcla reis/ pfer lumē cecꝫ
mala nr̄a pelle/ bona cūcta
poſce. Monſtra te eē mr̄em/
ſumat ꝑ te pcē: q̄ p nobꝫ na-
tꝰ/ tulit eē tuꝰ. Uirgo ſingu
larꝫ/ int oēs mitꝫ: nos culpꝫ
ſolutos/ mites fac et caſtos
Uitā pr̄a purā/ it para tutū
vt videntes ieſū/ ſemꝑ collete
mur. Sit laus deo prī/ ſūmo
xp̄o decꝰ: ſpūi ſcō/ honor tri
nꝰ vnꝰ. Am̄. Ad noc. Fit por
ta. ꝛc. A paſcha vſq; ad ex-
altationē ſcē crucꝫ bn̄dictio
ad lctōez collatiōis. Ange
loꝝ cuſtodia mūiat nos xp̄i
mia. Am̄ Reliq̄ tpe ān̄i. No
ctē q̄etā: tribuat nobꝫ ops et
miſicors dn̄s. Am̄. Pro pri
uati legētibꝰ ꝯpl. Lcō bre. j
pet. ij. Fres ſobrij eſtote ꝛ
vigilate q: aduerſariꝰ vr̄ dia
bolꝰ tāq; leo rugiēs circuit q̄
rēsquē deuoret cui reſiſtite
fortes ī fide. Tu. ¶ Itē orō
ni dn̄ce pſitiādo ꝯple. pre
mittit. ℣. Adiutoriū nr̄m in
noīe dn̄i. q̄ fecit celū et trā.
¶ Ad ꝯpl. regulare. p̄. Cū
iuoca. p̄. Qui hitat. p̄. Ecce
nūc. hyꝰ. Te lucꝫ. cp̄. Tu in
nobꝫ es dn̄e ꝛ nomē tuū iuo
catū ē ſuꝑ nos: ne dereliq̄s
nos dn̄e deꝰ nr̄. D. g. ℟. Cu-
ſtodi nos dn̄e vt pupillam
ocli. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ
ptege nos Kyriel. Xpel. Ky
riel. Pr̄ nr̄. Dn̄s vo. Oreꝰ.
Uiſita q̄s dn̄e/ Orō.
hitationē iſtā ꝛ oēs īſi
dias īimici ab ea lōge repel
le: ꝛ āgeli tui ſci hitātes ī ea
nos ī pace cuſtodiāt ꝛ bn̄di-
ctio tua ſit ſr̄ nos ſꝑ. Et fa.
ꝑ do. ꝛc. Dn̄s vobi. Bn̄dica
mꝰ do. Bn̄dictio dei oīpotē
tis pa ✠ trꝫ ꝛ fi ✠ lij ꝛ ſpūs ✠
ſcti deſcēdat ſr̄ nos ꝛ māeat
ſꝑ. Am̄. ¶ Sequūt vſuales
añe cū v̄ſiclo ꝛ colla ad btā
v̄gi. pꝰ ꝯpl. reglarit dicēde
Spales āt huiuſmōi āe cū
ſuis ℣. ꝛ col. habēt ī locꝫ ſuis
exp̄ſſe. Dn̄icꝫ die. ꝛ. iij. fe. ān.
O florēs roſa mr̄ dn̄i ſpōſa
o v̄go mitꝫ/ o fecūdiſſia vitꝫ:
clarior aurora/ p nobꝫ iugit
ora. ℣. Aue maria grā ple-
na. Dn̄s tecū. Oremꝰ. Orō
PRotege q̄s dn̄e famu
los tuos ſubſidijs pa
cis: ꝛ btē marie ſp v̄gis pro
cinijs ꝯfidētes a cūctis ho-
ſtibꝰ redde ſecuros. Per xp̄z
do. no. Am̄ Sc̄dis ꝛ. v. ferijs
ān. Aue regina celoꝝ / aue
dn̄a āgeloꝝ ſalue radix ſcā
ex q̄ mūdo lux eſt orta: gau
de glioſa ſuꝑ oēs ſpōſa va-

le valde decora ꝛ ꝓ nobꝫ ſp
xp̄z exora. ℣. ꝛ oꝛ̄ vt s. fe. iiij
ꝛ ſabbō ā. Salue regīa mīe
vita dulcedo ꝛ ſpes nr̄a ſal=
ue. Ad te clamam⁹ exules fi
lij eue/ ad te ſuſpiramus ge
mētes ꝛ flētes i hac lachry=
maꝝ valle. Eia ḡ aduocata
nr̄a illos tuos miſicordes
ocl'os ad nos ꝯuerte. ꝛ ieſuz
bn̄dictū fructū vētrꝫ tui/ no=
bis poſt hoc exiliū oñde. O
clemēs O pia. O dulcꝫ ma
ria. ℣. ꝛ oꝛ̄ vt s. Sextꝫ fe. ā.
Alma redēptorꝫ mr̄ q̄ ꝑuia
celi porta manes ꝛ ſtella ma
ris ſuccurre cadēti ſurgē q̇
curat ppl'o. Tu q̄ genuiſti
natura mirāte tuū ſctm̄ gēi
torē ℣go pu⁹ ac poſteri⁹ ga=
briel' ab ore ſumēs illō aue
pctōꝝ miſē. ℣. ꝛ oꝛ̄ vt s. do.
dieb⁹. ¶ Incipit curſ⁹ hora
rū btē ma. ℣gīs. Et nota ꝙ
ſingulis horꝫ eiuſdē ꝑmittit
ſp flexꝫ gēib⁹ āgelica ſaluta
tio. ſcꝫ Aue ma. ꝛc. deinde.
De⁹ in adiu. ꝛc. Gl'ia prī. ꝛc.
¶ Ad mat. Inuit. Aue ma
ria grā plēa. Dn̄s tecū. ps.
V Enite exultemus
dn̄o/ iubilem⁹ deo
ſalutari nr̄o: ꝓoc=
cupem⁹ faciē ei⁹ i
ꝯfeſſiōe/ ꝛ in pſalmis iubile
m⁹ ei. Aue ma. Qm̄ de⁹ ma
gn⁹ dn̄s/ ꝛ rex magn⁹ ſr̄ oēs
deos: qm̄ non repellet dn̄s
plebē ſuā q2 i manu ei⁹ ſunt
ōs fines t̄re/ ꝛ altitudies mō
tiū ip̄e ꝯſpicit. Dn̄s te. Qm̄
ipſi⁹ ē mare ꝛ ip̄e fecit illō/ ꝛ
aridā fūdauer̄t man⁹ ei⁹ ve
nite adorem⁹ ꝛ ꝓcidam⁹ āte
deū plorem⁹ corā dn̄o q̇ fe=
cit nos q2 ip̄e eſt dn̄s de⁹ nr̄/
nos aūt ppl's ei⁹ ꝛ oues pa=
ſcue ei⁹. Aue. Hodie ſi vo
cē ei⁹ audieritꝫ/ nolite obdu=
rare corda vr̄a: ſic̄ i exacer=
batōe ſcd̄ꝫ diē tēptationis i
deſto vbi tēptauer̄t me pa
tres vr̄i/ ꝓbauer̄t et viderūt
opa mea. Dn̄s. Quadragita
ānis prim⁹ fui gn̄atiōi huic
ꝛ dixi ſp hi errāt corde: ipſi
℣o nō cognouer̄t vias meas
q̇b⁹ iuraui i ira mea/ ſi ītro=
ibūt i requiē meā. Aue ma.
Gloria patri. ꝛc. Dn̄s tecū
Aue maria. hy⁹. Quez t̄ra
Cui lu. Btā mat. Bn̄dicta
Maria mr̄ grē mat mīe tu
nos ab hoſte ꝓtege ꝛ hora
mortꝫ ſuſcipe. Gl'ia tibi dn̄e
q̇ nat⁹ es de ℣gie cū patre ꝛ
ſctō ſpū i ſēpitna ſcl'a Amē
p. Dn̄e dn̄s nr̄. p. Celi enar.
p. Dn̄i ē t̄ra. ā. Bn̄dicta tu i
mulierib⁹ ꝛ bn̄dict⁹ fruct⁹ vē
trꝫ tui. ℣. Gaude maria ℣go
Cūctas hereſes ſola interemi
ſti. Bn̄dictō. Dn̄e iube bn̄di
cē. Virgis fili⁹ ſit nobis pi⁹

ꝛ ꝑpitiꝰ. Am̄. L. ſ. Eccl. xxiiij
IN oībꝰ reqez q̄ſiui et ī
hereditate dn̄i mora
bor. Tūc ꝓcepit ꝛ dixit mi-
hi creator oīz ꝛ q̇ creauit me
reqeuit ī tabernaculo meo.
Et dixit mihi In iacob īha-
bita ꝛ ī iſrl̄ hereditare ꝛ ī ele
ctꝫ meis mitte radices. Tu.
℞. Sctā ꝛ īmaculata ꝟginí
tas q̇bꝰ te laudibꝰ efferā: ne
ſcio. Q2 quē celi cape nō po
terāt tuo gremio ꝯtuliſti. ℣.
Bn̄dicta tu ī mulieribus ꝛ
bn̄dictꝰ fructꝰ vētrꝫ tui. Q2.
ET ſic ī ſiō firma- ( L. ij.
ta ſū ꝛ ī citate ſctifica
ta ſilr̄ reqeui ꝛ ī hierl̄z ptāſ
mea. Et radicaui ī ppl̄o ho
norificato ꝛ in ptes dei mei
hēditas illiꝰ ꝛ ī plenitudine
ſctōꝝ detētio mea. Tu. ℞3.
Btā es maria q̄ dn̄m porta
ſti creatorē ſcl̄oꝝ. Genuiſti
q̇ te fecit ꝛ in et̄nū pmanes
ꝟgo. ℣. Aue ma. gr̄a plena
QUaſi ce- ( d. t. Ge. L. iij
drꝰ exaltata ſū ī liba-
no ꝛ q̄ſi cypreſſꝰ ī mōte ſion.
Quaſi palma exaltata ſū ī
cades et q̄ſi plātatio roſe in
hierico. Quaſi oliua ſpecio
ſa ī cāpis ꝛ q̄ſi platanꝰ exal-
tata ſū iuxta aquā ī plateis
Sicut cynamomū et balſa-
mū aromatizās odorē dedi
q̄ſi mirra electa dedi ſuaui-
tatē odoꝛꝫ. Tu. ℞. Felix nā
q3 es ſacra ꝟgo maria et oī
laude digniſſima. Q2 ex te
ortꝰ ē ſol iuſtitie xp̄s deꝰ nr̄.
℣. Ora p ppl̄o interueni p cle
ro intercede p deuoto femīeo
ſexu Sētiāt oēs tuū leuamē
q̇cūq3 celebrāt tuā ꝯmemo
rationē. Q2. Gl̄ia. Q2. Ad
lau. ℣. Deꝰ ī adiu. Dn̄e ad.
ps. Dn̄s regna. de. p. Iubi-
late. p. Deꝰ deus. cū p. Deꝰ
miſe. ſub vno Gl̄ia. Canti.
Bn̄dicite. ps. Laudate do.
cū duobꝰ ſeq. ā. Aſſūpta eſt
maria ī celū gaudēt angeli
laudātes bn̄dicūt dn̄z. Cp̄.
QUe eſt iſta ( cāti. viij.
q̄ aſcēdit de deſerto de
litijs afluēs inixa ſup dile-
ctū ſuū: Deo g̃. ℞. bre. Aue
maria gr̄a ple. ℣ Dn̄s tecū.
Gr̄a. hy. O gl̄oſa. Q̄ꝺ eua.
Tu regis. Maria mr̄. Gl̄ia
tibi. ℣. Bn̄dicta tu ī mulie-
ribꝰ. Et bn̄dictꝰ fructꝰ ven-
tris tui. Ad bn̄ꝰ. ā. Ortꝰ cō
cluſꝰ es dei genitrix ortꝰ cō
cluſꝰ fōs ſignatꝰ ſurge ppe
ra amica mea. Dn̄s vobiſ.
FAmuloꝝ tuo ( Oreꝰ.
rūq̄s dn̄e delictꝫ igno
ſceut q̇ tibi placere de acti-
bꝰ nr̄is nō valemꝰ genitricꝫ
filij tui dn̄i dei nr̄i intceſſio
ne ſaluemur. p. e. xp̄z do. n.
Am̄. Cōme. de oībꝰ ſcis ān.

Bti q̇ h̄itāt ī domo tua dn̄e
ī ſc̄la ſc̄loꝝ laudabūt te. ℣.
Letamī in dn̄o et exultate
iuſti. Et gl̄iamini oēs recti
O corde. Oremꝰ. Orō.
Mniū ſctōꝝ tuoꝝ q̄s
dn̄e ſupplicatiōe placatꝰ: ⁊
veniā nobis tribue: ⁊ reme=
dia ſempit̄na cōcede. p do.
Dn̄s vobiſ. Bn̄dicamꝰ dn̄o.
⁊c. Fideliū aīe. ¶ Ad .j. iij.
M Emēto (vj. ⁊. ix. hyꝰ.
ſalutꝫ auctor/ q̄ noſtri
quōdam corpis: ex illibata
v̄gīe/naſcēdo formā ſūpſe=
ris Maria mr̄ gr̄e/mr̄ mīe:
tu nos ab hoſte ꝓtege/ ī ho
ra mortis ſuſcipe. Glia tibi
dn̄e/ q̇ natꝰ es de v̄gīe: cū pa
tre ⁊ ſctō ſpū/ ī ſempit̄na ſe=
cula. Amē. ¶ Dn̄icꝭ diebus
ad primā h̄. Ad dn̄ʒ. p̄s. Le
uaui. p̄. Letatꝰ. Reliq̄s die=
bꝰ ad primaʒ. p̄. Bti imma.
In quo. Retribue. Adheſit
ā. Maria v̄go aſſūpta ē ad
ethereū thalamū ī q̄ rex re=
gū ſtellato ſedet ſolio. Cp̄.
Trahe me pꝰ te/ (Canti. j.
curremꝰ ī odore vnguentoꝝ
tuoꝝ. Deo ḡ. ℣. Poſt partū.
Dei geni. Dn̄s vobiſ. Orō.
P Orrige nobꝫ deꝰ dexte
rā tuā ⁊ p int̄ceſſioneʒ
btē ⁊ gl̄ioſe ſemp̄qꝫ v̄ginis
dei genitricꝫ marie auxiliuʒ
nobꝫ ſupne v̄tutꝫ īpēde. p. e.

⁊c. Dn̄s vobiſ. Bn̄dicamus
do. Fideliū. ⁊c. Hoc mō cō=
cludāt. iij. vj. ix. cōpletoriū=
qꝫ: veſpe v̄o vt ī matutinale
offi. ꝯcludūt. ¶ Dn̄icꝭ diebꝰ
ad. iij. p̄ Ad te le. p̄. Niſi q̄a.
p̄ Qui ꝯfidūt. Scdis q̄rtis
⁊ ſextis ferijs. h̄s. Legē po.
Et veniat. Memor. Tertijs
⁊. v. ferijs ⁊ ſab. p̄. Lucerna.
Iniq̄s. Feci iu. ā. In odore
vnguētoꝝ tuorū currimus
adoleſcētule dilexer̄t te ni=
Dilectꝰ (mis. Cp̄. Cā. ij.
meus loquitur mihi ſurge
ꝓpera amica mea colūba
mea formoſa mea et veni.
Deo ḡ. ℣ Gaude maria v̄go
Cunctas hereſes ſola inte=
P Rotege (remiſti. orō.
domie famꝉos tuos
ſubſidijs pacꝫ: et btē marie
ſēp v̄gis patrocinijs ꝯfidē=
tes/ a cūctꝫ hoſtibꝰ redde ſe=
curos. p do. ¶ Dn̄icꝫ die. ad
vj. h̄ In ꝯuer. p̄. Niſi dn̄s. p̄
Bti ōs q̇ ti. Scdis. iiij. ⁊. vj
fe. h̄i. Portio mea. Bonita=
tē. Manꝰ tue. Tertijs ⁊ q̄n=
tis ferijs ⁊ ſab. h̄. Mirabi=
lia. Iuſtꝰ es. Clamaui. ān.
Bn̄dicta filia tu a dn̄o q̇ ꝑ
te fructū vite ꝯmunicauimꝰ
Multe fi= (Cap̄. puer. xxxj.
lie ꝯgregauer̄t diuitias: tu
ſupgreſſa es vniuerſas Deo
ḡ. ℣. Speciosa fctā es ⁊ ſua=

gis ī delicijs tuis. Sctā dei
Concede (geitrix. oro.
nos famlos tuos q̄s
dñe de⁹ ppetua mēt⁊ ⁊ cor=
por⁊ pſperitate gaudē: ⁊ glo
rioſa btē marie ſp v̄gīs intẽ=
ceſſiōe a pñti liberari triſti=
tia: ⁊ et̃na pfrui letitia. Per
do. ⁊c. ¶ Dñicꝫ dieb⁹ ad .ix.
p̄. Sepe ex. p̄. De p. p̄. Dñe
nō ē ex. Secūdis ⁊ .iiij. ⁊ .vj.
ferijs p̄i. Defecit. Ineẽnuz.
Quō di. Tertijs ⁊ .v. fer. et
ſab. p̄i. Uide hūi. Pricipes.
Appropiquet. añ. Pulchra
es ⁊ decora filia hierl̃z ẽribi
lis vt caſtrorꝫ acies ordiata
Ego q̄ſiviꝫ (Cp. Cāti. viij
fructificaui ſuauitatē odo=
ris ⁊ flores mei fruct⁹ hono
r̃ꝫ ⁊ honeſtatꝫ. Deo g̃. ℣. Di
gnare me laudare te virgo
ſacrata. Da mihi. ⁊c. Oro.
Concede miſicors de
us fragilitati nr̃e pſi
diū vt q̄ ſcē dei genitricꝫ ma
rie memoriā agim⁹ intẽceſſio
nis ei⁹ auxilio a nr̃is / iiqta=
tib⁹ reſurgam⁹. p eund. Ad
veſ. p̄. Dixit dñs. p̄. Lauda
te pu. p̄. Letat⁹. p̄ Niſi dñs.
p̄. Lauda hierl̃z. ā. Btā mr̃
⁊ inupta v̄go glioſa regia
mūdi intẽcede p nob ad dñꝫ
Ego mr̃ (Cap. eccl. xxiiij.
pulchre dilectiōis ⁊ timorꝫ
⁊ agnitiōis ⁊ ſctē ſpei: ī me
gr̃a oīs vie ⁊ v̄itatꝫ: ī me oīs
ſpes vite et v̄tutꝫ. Deo g̃. ℟.
bre. Adiuua nos tuis p̄cib⁹
Mat̃ xp̄i maria. ℣. Oracu=
lū et̃ne vite claritas celorū.
Mr̃. hy⁹. Aue marꝫ. ℣. Ele=
git eā de⁹ ⁊ p̄elegit eaꝫ. Et
ha. Ad mḡt. ā. Sctā maria
ſuccurre miſerꝫ iuua puſilla
nimes refoue flebiles ora
p pplo intẽuēi p clero intẽce=
de p deuoto femineo ſexu.
Deus q̄ ſa (Dñs vo. or.
lutꝫ eterne btē marie
v̄ginitate fecūda hūano ge
neri p̄mia p̄ſtitiſti tribue q̄s
vt ip̄aꝫ p nobꝫ intẽcedē ſenti
am⁹ p quā meruim⁹ auctorē
vite ſuſcipe dñm no. ie. x. fi.
tuū. Am̄. ¶ Cōme. d oib⁹ ſā
ctis cū ā. Gaudete ⁊ exl̃ta=
te oēs ſci qm̄ merces vr̃a co
pioſa ē in celis. ℣. ⁊ or. ovtā.
ad l. ¶ Ad cpl. de btā virgi
ne. p̄. Cū iuo. p̄. In te dñe. p̄.
Ecce nūc. hy⁹. Ait por. ⁊c.
Genus ſup. Honor matris
Maria mr̃. Gl̃ia tibi. Cap.
Ecce v̄go pci= (eſaie. vij.
piet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit
nomē ei⁹ emanuel: butirū et
mel comedet vt ſciat repro
bare malū ⁊ eligē bonū. D.
g̃. ℣. Egrediet v̄ga de radi
ce ieſſe. Et flos de radice ei⁹
aſcēdet. Ad nūc di. ā. Ecce
cpleta ſūt oia q̄ dicta ſūt p

ãgelũ de ꝟgine maria. oro.
Adiuuet nos q̃s dñe btē marie ſp ꝟgis intercessiōe venerãda: atq; a pctõꝝ nr̃orũ viculis abſolutos i tua faciat pace gaudere. p d. Dñs vo. Bñdicam⁹ do. Fideliũ. ꝛc. Pr̃ nr̃. Aue. Credo. ꝛc. Ter. Aue maria. ¶ Sequũt hore de ſctã cruce. Et nota ꝙ ſingul' horis eiuſdē ꝑmitt ꝟ. Adoram⁹ te ieſu xp̃e ꝛ bñdicim⁹ tibi. Qꝛ p crucē tuã redemiſti mũdũ. Miſere nr̃i. Qui paſſ⁹ es p nobis. De⁹ i adiu. ꝛc. Gl'a. Sicut. ꝛc. ¶ Ad mat.

Patris ſapiētia veritas diuia. De⁹ hõ capt⁹ ē hora matutina. A ſuis diſcipulis et notꝫ derelict⁹. Judeis ēvēdit⁹ tradit⁹ et afflict⁹. ꝟ. ꝛ oro. infra. ¶ Ad. j.

Hora prima duct⁹ ē ieſus ad pilatũ. Falſis teſtimonijs mltũ accuſatuꝫ In collũ pcutiũt manib⁹ ligatũ. Vultũ ei⁹ ꝯſpuũt vt ē ppheratũ. ¶ Ad. iij.

Crucifige clamitãt hora tciarũ. Illuſ⁹ idui veſte purpurarũ. Caput ei⁹ pungit corona ſpinaꝝ. Crucem fert in humeris ad locuꝫ penarum. ¶ Ad ſextã.

Hora ſexta ieſ⁹ eſt cruci cõclauat⁹. Pre tormētis ſitiēs felle ſaturat⁹. Pēdēs cũ latronib⁹ cũ eis reputatus. Siniſter eũ reprobat latro ſcelerat⁹. ¶ Ad nonaꝫ.

Hora nona dñs ieſus expirauit. Hely clamãs aĩam pr̃i cõmendauit. Lat⁹ ei⁹ lãcea miles pforauit. Terra tũc ꝯtremuit et ſol ſe obſcurauit. ¶ Ad veſ.

De cruce depõit hora veſptina. Fortitudo latuit i mēte diuina. Talē mortē ſubijt vite medicina. Heu corona glorie iacuit ſupina. ¶ Ad ꝯpletoriũ.

Hora ꝯpletorij datur ſepulture. Corp⁹ xp̃i nobile vite ſpes future. Cõditur aromate complentur ſcripture. Jugis ſit memoria mors hec mihi cure. ꝟ. Proprio filio ſuo nõ pepcit de⁹. Sꝫ p nobꝫ oĩb⁹ tradidit illũ. Dñs vo. ꝛc. oro.

Domine ieſu xp̃e fili di viui pone paſſiōeꝫ crucē ꝛ mortē tuã int iudiciũ tuũ ꝛ aĩas nr̃as nũc ꝛ i eaꝝ exitu et largiri digneris viuis miaꝫ ꝛ gr̃aꝫ defũctꝫ requieꝫ et veniã eccl'ie pacē ꝛ ꝯcordiã et nobꝫ pctõrib⁹ vitã et letitiã ſēpitnã. Qui viuis et regnas cũ deo pr̄e i vni. Dñs vo. Bñdica. do. Fideliũ. ꝛc.

¶ Sequūt̄ vigilie defun. ꝑ.
DIlexi. ā. Placebo
dn̄o i regiōe viuo
rū. ps. Ad dn̄z. ā.
Heu me q̄ꝛ icola=
t⁹ me⁹ ꝓlōgat⁹ ē. ꝑ. Leuaui.
ā. Dn̄s custodit te ab oī ma
lo custodiat aīam tuā dn̄s.
ps. De ꝓfū. ān. Si īiq̄tates
obſuauer̄ dn̄e / dn̄e q̄s susti
nebit. ꝑ. Cōfitebor. ā. Opa
manuū tuaꝝ ne despicias.
℣. Audiui vocē de celo dī
cētē mihi. Scribe btī mor=
tui q̄ ī dn̄o moriūt̄. Ad mḡt.
ā. Oē q̄d dat mihi pr̄ ad me
veniet ⁊ eū q̄ venit ad me nō
eijciā foras. In. j. noc. ꝑ. Ver
ba. ā. Dirige dn̄e de⁹ me⁹ in
ꝯspectu tuo viā meā. ꝑ. Dn̄e
ne. ā. Conuertē dn̄e ⁊ eripe
aīaz meā q̄m nō ē ī morte q̄
memor sit tui. ꝑ. Dn̄e deus
me⁹. ā. Neq̄n rapiat vt leo
aīaz meā dū nō ē q̄ redimat
neq̄ꝫ q̄ saluū faciat. ℣. Diri
ge dn̄e de⁹ me⁹ In cōspectu
tuo viā meā. Lec. j. Job. vij
PArce mihi dn̄e: nihil
ei sūt dies mei. Quid
ē hō q̄ꝛ magnificas euz: aut
q̄d apponis erga eū cor tuū
Visitas eū diluculo: ⁊ subi
to ꝓbas illū. Vsq̄ꝫq̄ nō ꝑcis
mihi: nec dimitt̄ me vt glu=
tiā saliuā meam: Peccaui.
Quid faciam tibi o custos
hoīz: Quare posuisti me cō
trariū tibi: et fact⁹ sū mihi
metipi grauis: Cur nō toll̄
pctm̄ meū: ⁊ q̄re nō aufers
īiq̄tatē meā: Ecce nūc ī pul
uere dormiā: ⁊ si mane me q̄
sier̄ nō subsistā. ℟. Redem=
ptor me⁹ viuit ⁊ ī nouissimo
resurgā. Et renouabunt̄ de
nuo ossa mea ⁊ ī carne mea
videbo dn̄z meū. ℣. Lauda
aīa mea dn̄m laudabo dn̄z
in vita mea psallā deo meo
q̄diu ero. Et. Lc. ij. Job. x.
TEdet aīam meā vite
mee: dimittā aduer=
sū me eloquz meū. Loq̄r in
amaritudīe aīe mee: dicaz
deo: noli me ꝯdēpnare. In=
dica mihi: cur me ita iudi=
ces. Nūq̄d bonū tibi videt̄
si calūnier̄ ⁊ opprimas me
op⁹ manuū tuaꝝ: ⁊ ꝯsilium
īpioꝝ adiuues: Nūq̄d oculi
carnei tibi sūt / aut sicut vi=
det hō ⁊ tu videbis: Nū q̄d
sicut dies hoīs dies tui et
āni tui sicut hūana sūt tp̄a:
vt q̄ras īiq̄tatē meā ⁊ pctm̄
meū scruter̄. Et scias q̄ꝛ ni
hil īpiū fecerim cū sit nēo q̄
de manu tua possit eruē. ℟.
Absolue dn̄e aīas eorū ab
oī vinculo delictoꝝ nō eas
tormētū mort̄ attigat. Nō
reoꝝ cathena ꝯstrigat s̄ȝ mi
seratio tua ī pac̄ eas ac luc̄

regiõe ꝯſtituat. ℣. Si q̄ illis ſint dñe digne cruciatibus culpe tu eas gr̄a lenitatꝫ indulge. Nõ. Lc. iii. Job. x. ca.

Manꝰ tue dñe fecerũt me: ꝛ plaſmauerũt me totũ ĩ circuitu: ꝛ ſic repẽte p̄cipitas me: Memẽto q̄ſo ꝙ ſicut lutũ fecerꝭ me ꝛ ĩ puluerẽ reduceſ me Nõne ſicut lac mulſiſti me: ꝛ ſicut caſeũ me coagulaſti: Pelle ꝛ carnibꝰ veſtiſti me: oſſibꝰ et neruiſ ꝯpegiſti me Uitã ꝛ miaꝫ tribuiſti mihi: ꝛ viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meũ. ℟. Deus etne ĩ cuiꝰ hũana ꝯditio ptãte ꝯſiſtit aĩas oĩꝫ fideliũ defũctoꝝ q̄s ab oĩbꝰ abſolue pctĩs. Ut pnĩe fructum quẽ volũtas eoꝝ optauit p̄uẽti mortalitate nõ pdãt. ℣. Qui ĩ cruce poſitꝰ latroneꝫ ſero penitẽtẽ ſuſcepiſti eoꝝ p̄camur pie pctã dilue. Ut. In. ii. noc. p̄. Dñs re. ã. In loco paſcue ibi me collocauit. p. Ad te dñe. ã. Delicta iuuẽtutꝭ mee ꝛ ig̃rãtias meas ne memineꝛꝭ dñe. p̄. Dñs il. an. Credo vidẽ bona dñi ĩ tra viuẽtiũ. ℣. A porta ĩferi. Erue. Lec. iiii. Job. xiii.

RESpõde mihi. Quantas habeo ĩiq̇tates ꝛ pctã: ſcelera mea ꝛ delicta oñde mihi Cur faciẽ tuã abſcõdis: ꝛ arbitrarꝭ me ĩimicũ tuũ: Cõtra foliũ qḋ vẽto rapit oñdis potentiã tuã: et ſtipulã ſiccã pſeq̄ris. Scribis ei ꝯtra me amaritudieſ ꝛ ꝯſumẽ me vis pctĩs adoleſcẽtie mee. Poſuiſti ĩ neruo pedẽ meũ: ꝛ obſuaſti oẽs ſemitas meas: ꝛ veſtigia pedũ meoꝝ ꝯſideraſti. Qui q̄ſi putredo ꝯſumẽdꝰ ſũ: ꝛ q̄ſi veſtimẽtũ qḋ comedit a tinea. ℟. Memento q̄ſo dñe ꝙ ſicut lutũ fecerꝭ me ꝛ ĩ puluerẽ reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me ꝛ ſicut caſeũ me coagulaſti: pelle ꝛ carne veſtiſti me oſſibus ꝛ neruis ꝯpegiſti me. ℣. Uitã ꝛ miaꝫ tribuiſti mihi ꝛ viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meũ. Nõne.

HOmo Lc. v. Job. xiiii. natꝰ de muliere breui viuẽs tpe: replet multꝭ miſeriis. Qui q̄ſi flos egredit et ꝯterit: ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nũq̄ ĩ eodẽ ſtatu pmanet. et dignũ ducꝭ ſr̄ huiuſcemodi apire ocl'os tuos: ꝛ adducẽ eũ tecũ ĩ iudiciuꝫ: Quis p̄t facẽ mũdũ de ĩmũdo ꝯceptũ ſemĩe: Nonne tu q̇ ſolꝰ es: Breues dies hoĩs ſũt: nũerꝰ mẽſiũ eiꝰ apḋ te ẽ. Cõſtituiſti tminos eiꝰ q̇ p̄teriri nõ poterũt Recede ergo paululũ ab eo vt q̇eſcat: donec

optata veniat ⁊ ſicut mercē
narij dies eiꝰ. ℟. Ne tradas
dñe beſtijs aïas ꝯfitētiū ti-
bi. Et aïas paupeꝝ tuoꝛū
ne obliuiſcarꝭ i finē. ℣. Me-
moꝛare q̄ ſit nr̄a ſubā dñe ⁊
qꝛ non vane ꝯſtituiſti filios
Quis mihi (hoīz. Et ꝛ. l. vi.
tribuat vt i iferno ꝓtegas
me ⁊ abſcōdas me donec ꝑ
trāſeat furoꝛ tuꝰ ⁊ ꝯſtituas
mihi tp̄s i q̊ recoꝛderꝭ mei:
Putaſne moꝛtuꝰ hō rurſū vi
uat: Cūctꝭ diebꝰ qbꝰ nūc mi
lito: expecto donec veniat i
mutatio mea. vocabꝭ me: et
ego rn̄debo tibi. Opi ma-
nuū tuaꝝ poꝛriges dexte-
rā. Tu qdem greſſꝰ meos di
numeraſti: ſꝫ pce pctis me-
is. ℟. Rogamꝰ te dñe deꝰ nr̄
vt ſuſcipias aïas eoꝝ defū-
ctoꝝ ꝓ qbꝰ ſāguinē tuū fudi
ſti. Recoꝛdare qꝛ puluis ſu-
mꝰ ⁊ hō ſicut fenū ⁊ flos agri
℣. Miſicoꝛs ⁊ miſatoꝛ ⁊ iu
ſte dñe. Re. In. iij. no. ꝓ. Ex
pectās. an. Cōplaceat tibi
dñe vt eruas me dñe ad ad
iuuādū me reſpice. ꝓ. Btūs
q̇ itel. a. Sana dñe aïaꝫ me-
am qꝛ peccaui tibi. ꝓ. Quē-
ad. a. Sitiuit aïa mea ad de
um fōtē viuū qn̄ veniā et ap
parebo an̄ faciē dñi. ℣. In
mēoꝛia etn̄a erūt iuſti. ꝛ. l. vij.
Sp̄s meꝰ attenuabit: dies
mi breuiabūt ⁊ ſolū mihi ſrē
ſepl̄chꝝ. Nō pcāui ⁊ i amari
tudibꝰ moꝛat ocl̄s meꝰ. libe
ra me dñe ⁊ pōe me iux̄ te: ⁊
cuiuſuis manꝰ pugnet ꝯtra
me. Dies mei trāſierūt cogi-
tatōes mee diſſipate ſūt toꝛ
q̄ntes coꝛ meū. Noctē vterūt
i diē: et rurſū pꝰ tn̄bꝛas ſpe
ro lucē. Si ſuſtinuero infer
nꝰ domꝰ mea ē: et i tenebꝛis
ſtraui lectulū meū. Putredi
dixi. Pr̄ meꝰ es: mr̄ mea ⁊ ſo
roꝛ mea v̄mibꝰ. Ubi ē ḡ nūc
pꝛeſtolatio mea et patiētia
mea: Tu es dñe deꝰ meꝰ. ℟.
Cog̃ſcimus dñe qꝛ peccaui
mꝰ veniā petimꝰ quā nō me-
remur. Manū tuā poꝛrige
lapſis q̇ latroni ꝯfitēti padi
ſi ianuā apuiſti. ℣. Uita nr̄a
i doloꝛē ſuſpirat: i ope nō
emēdat ſe expectās nō coꝛ-
rigimur et ſi vīdicas nō du
Pelli mee (ramꝰ Ma. l. viij.
cōſūptꝭ carnibꝰ adheſit os
meū: et dēlicta ſūt tm̄mō la
bia circa dētes mos. Miſe
mini mei miſemī mei ſaltē
vos amici mei: qꝛ manꝰ dñi
tetigit me. q̄re pſeq̇mī me ſi
cut deꝰ: et carnibꝰ meis ſatu
ramī: Quis mihi tbuat vt
ſcribāt ſmones mei. Quis
mihi det vt exarēt i libꝛo ſti
lo ferreo et plūbi lamia: vl̄
celte ſcl̄pāt i ſilice: Scio ei

ꝙ redēptoꝛ me⁹ viuit: et ĩ no
uiſſio die de t̃ra ſurrectur⁹
ſim: et rurſũ circũdaboꝛ pel
le mea: et ĩ carne mea vide=
bo deũ. Quē viſur⁹ ſũ ego ip
ſe: et ocl̃i mei ꝯſpecturi ſt: ꝛ
nō ali⁹. Repoſita ē hec ſpes
mea ĩ ſinu meo. ℟. Quō ꝯfi
teboꝛ t̃ dñe de⁹ me⁹ qñ vene
rĩs ĩ iudicio tuo qꝛ coꝛ mũdũ
nō cuſtodiui: aīaꝫ meā ĩ car
ne poſitā pollui templũ coꝛ
poꝛꝫ mei de ope ĩiq̇tatꝫ coiq̇
naui ꝑcoꝛ te dñe añq̄ diſcu
tias. Miſ̃ē mei. ℣. Tibi ſo
Vir foꝛ( li peccaui dñe. L. ix
tiſſim⁹ iudas collatiōe fctā
xij. milia dragmas argēti
miſit hieroſolimā offerri ea
ibi ꝓ pcis moꝛtuoꝝ: iuſte ꝛ
religioſe ꝺ̃ reſurrectiōe co
gitās. Niſi ei eos q̇ cecide
rāt r̃ſurrectos ſparet: ſ̃rfluũ
videret ꝛ vanũ oꝛare ꝓ moꝛ
tuis Sꝫ qꝛ ꝯſiderabat ꝙ hi
q̇ cũ pietate doꝛmitionē ac
cepāt: optimā hērēt r̃poſitā
gr̃aꝫ. Scā ğꝛ ſalubꝛꝫ ē cogi
tatio ꝓ defũctꝫ exoꝛar̃: vt a
pctis ſoluāt. ℟. Libera me
dñe de moꝛte et̃na ĩ die illa
tremēda Qñ ce. mo. ſt̃ ꝛ t̃ra
℣. Dies illa dies ire: dies ca
lamitatꝫ ꝛ miſ̃ie: dies mağ ꝛ
amara valꝺ̃. Qñ. Ad l. Mi=
ſerere. ā. Exl̃tabũt oſſa hũi.
Ps. Te decꝫ. ā. Exaudi dñe
oꝛonē meā ad te oīs ca. ve. Ps.
De⁹ de⁹. Ps. De⁹ mi. ā. Me ſu
ſcepit dext̃a tua dñe. Cāt.
Ego dixi. ꝛc. ā. A porta īferi
erue dñe aīas eoꝝ. Ps. Laud
cũ duob⁹ ſeq. ān. Oīs ſpũs
laudet dñz. ℣. Audiui vo. ꝺ̃
ce. dicētē mihi: Scribe bt̃i
moꝛtui q̇ ĩ dño moriũt. Ad
bñ⁹. ā. Ego ſũ reſurrectio et
vita q̇ credit ĩ me ē̄t ſi moꝛ=
tu⁹ fuerit viuet ꝛ oīſ q̇ viuit ꝛ
credit ĩ me nō moriet ĩ et̃nũ
Pr̃ nr̃. Et ne. ℣. A porta in=
feri. Erue. Dñs vo. Orem⁹
De⁹ q̇ int ( Pro ep̃o oꝛo.
apl̃icos ſacerdotes famulũ
tuũ pōtificali dignitate vige
re feciſti ꝑſta q̄s: vt quoꝝ vi
cē ad horā gerebat ĩ terrꝫ eo
rũ q̊qꝫ ꝑpetuo ꝯſoꝛtio letet ĩ
cel: ¶ Pro ab. vel ſacer. oꝛ.
Da nobꝫ dñe vt aīaꝫ faml̃i
abbatꝫ vl̃ ſacerdotꝫ quā ꝺ̃ hu
i⁹ ſcl̃i eduxiſti laborioſo cer
tamie ſctōꝝ tuoꝝ cetui tri=
buas eē ꝯſoꝛtē: ¶ Pro parē
De⁹ q̇ nos pr̃ēꝫ ꝛ ( tib⁹ oꝛo.
mr̃ēꝫ honoꝛare ꝑcepiſti mi=
ſerere clement aīab⁹ parē=
tũ nr̃oꝝ: eoꝛũqꝫ pctā dimit=
te/ noſqꝫ eos ĩ et̃ne clarita=
tꝫ gaudijs fac vidē: ¶ Pro
Propitiare( fũdatoꝛib⁹ oꝛ.
q̄s dñe aīab⁹ fideliũ tuoꝝ ꝛ
ꝑſta: vt q̇ ꝺ̃ tuis donis ĩ hoc
loco ꝑuigili cura noī tuo q̄ti

diana ꝑpauerit obſeq̄a: ꝑpe
tua cū ſctis tuis ꝑfrui me-
reant letitia. Pro frib⁹ ꝛ ſo
rorib⁹ nr̄is. or. Deus venie
largitor. ꝛc. Pro aniuerſa-
Deus indulgētiarū (riis. Oro.
dn̄e da fidelib⁹ tuis quoꝝ ani-
uerſariū depoſitiōis diē cō
mēoram⁹ refrigerij ſedē/ q̄e
tis btitudinē luis claritatē.
Pro recōmēdatis ꝛ bn̄factorib⁹.
Deus cui⁹ mie nō ē (rib⁹. or.
nūer⁹ ſuſcipe ꝓpitius ꝑces
hūilitatis nr̄e ꝛ aīab⁹ fideliū
tuoꝝ q̄ nobis i orōnē ꝯmēda
te ſꝫ ꝛ q̄rū ſuſtētamur elemo
ſinis q̄b⁹ tui nois dediſti cō
feſſiōez/ remiſſiōez cūctoꝝ
tribue pctōꝝ. Pro ſubito de
Omnipotens ꝛ miſericors de⁹ i (functis.
cui⁹ hūana ꝯditio ptāte ꝯſi-
ſtit aīas fideliū tuoꝝ q̄s ab
oībus abſolue pctis vt pn̄ie
fructū quē voluntas eoꝝ opta
uit ꝑuēti mortalitate nō ꝑ-
dāt. Pro nobiſcū ſepultis. or.
Deus i cui⁹ miſeratōe aīe fide
liū req̄eſcūt fidelib⁹ tuis hic
ꝛ vbiq3 i xp̄o q̄eſcētib⁹ da ꝓ-
piti⁹ veniā pctōꝝ: vt a cūctis
reatib⁹ abſoluti tecū ſine fi-
ne letent. Pro pn̄ti vl' recēt
defuncto et p tricena. Oro
Inclina dn̄e aurē tuā ad
ꝑces nr̄as q̄b⁹ miaz tuā ſup
plicit' dep̄camur vt aīaz fa-
muli tui quā de hoc ſcl'o mi
grare iuſſiſti i pacis ac lucis
regiōe ꝯſtituas ꝛ ſctōꝝ tuo
rū iubeas eē ꝯſortē. Pro fa
Deus cui ꝓpriū ē (mulo. or.
miſereri ſꝑ ꝛ ꝑcē ꝓpitiare aīe
famli tui ꝛ oīa ei⁹ pctā dimit
te vt mortis vīculis abſolut⁹
trāſire mereat ad vitā. Pro
Quesum⁹ dn̄e ꝓ (famla. or.
tua pietate miſē aīe famu-
le tue ꝛ a ꝯtagijs mortalita
tis exutā i et'ne ſaluatōis ꝑtē
reſtitue. ¶ Sciēdū q̄ i vigi
lijs defūctoꝝ ꝯuētual'r dicē
dis q̄b⁹ fuerit miſſa ꝯuētual'
attribuēda p ꝑncipali coll'a
dicēda eſt vna ex ꝑcedētib⁹
iuxta deſmiatiōez ꝑcedētis ꝛ
eiꝰ duc ſeq̄ntes. q̄ v'ſual' dn̄r
adiūgēde ſꝫ ſub vna ꝯcluſio
ne. In reliq̄s āt offi. dfūcto
rū publice vl' ꝑuati dicēdis
eaſꝺ col. vſuales ſufficit rei
terari. In ꝯmēo. tn̄ oīz fide-
liū defunctorum ſola orō.
Fideliū recitat. Pro oībus
p q̄b⁹ orrare tenemur. Oro
Omnipotens ſempiterne de⁹ cui nūq̄ ſi
ne ſpe mīe ſupplicat ꝓpitia
re aīab⁹ fideliū tuoꝝ vt q̄ ꝺ
hac vita i tui nois ꝯfeſſione
deceſſerūt/ ſctōꝝ tuoꝝ nūe-
ro facias aggregari. Pro
oīb⁹ fidelib⁹ defunctis. or.
Fideliū de⁹ oīz. ꝛc. Dn̄s vo
biſcū. Req̄eſcāt i pace Amē
¶ Finis.